⟨1457/1458, Buchenstein⟩.[1] **Nr. 5473**

Entwürfe einer Supplik des NvK an Ks. Friedrich III. sowie der kaiserlichen Antwort. Da Hz. Sigismund es lange Zeit versäumt habe, die Lehen der Brixner Kirche zu empfangen, seien diese heimgefallen. NvK belehnt daher den Kaiser als Grafen von Tirol mit den Hochstiftslehen, die die Grafen von Tirol bislang besessen haben, nämlich mit den Grafschaften des oberen und unteren Inntals, dem Gericht Wipptal mit den Burgen Wellenberg und Straßberg, der Stadt Innsbruck mit der Burg Ambras sowie den Hochstiftslehen im Passeiertal und in Kärnten. Weiterhin belehnt er den Kaiser für einen symbolischen Zins mit den Bergwerken und Salzminen seiner Diözese, die den Brixner Bischöfen von Kaiser Friedrich II. geschenkt worden seien. — Im Antwortentwurf werden die Besitzungen und Privilegien der Brixner Kirche bestätigt und die Regeln des Lehensrechts eingeschärft. Insbesondere habe die Treuepflicht gegenüber dem Bischof als oberstem Lehensherrn Vorrang vor Treuepflichten gegenüber dem Herzog als Vasallen des Bischofs. Verschwiegene oder widerrechtlich veräußerte bzw. verpfändete Lehen sollen heimfallen.

Kopie (gleichzeitig): Bozen, *StA, Lade 34 Nr. 19 A; (J. Resch, 18. Jh.):* Brixen, *Priesterseminar, Ms. D 11 p. 155-158.*

Druck: Hallauer, Rechtshistoriker 162-167 Nr. III (ND 2002, 96-102).

Erw.: Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 318f.; Baum, Sigmund der Münzreiche 180; Baum, Geschichte der Vogtei 69; Hallauer, Bischof und Landesfürst 298 (ND 2002, 24); Hallauer, Rechtshistoriker 133-135 (ND 2002, 66-69); Hallauer, Kirchenreformer und Fürstbischof 128; Brandstätter, Tiroler Landesgeschichte 157.

Gloriosissimo etc. comitique Tirolis. Nicolaus etc. Divino spiritu inspirati sacri Romani regni imperatores ad partem sollicitudinis eciam episcopali dignitate decoratos advocarunt et eis regalia suarum dioces⟨i⟩um conferentes ad sacri imperii principatum, unumquemque pro modulo suo, sublimantes auctoritatem, alios in partem solicitudinis eis commisse vocandi et eosdem suos vasallos per porcionis alicuius assignacionem investituram constituendi pia consideracione addiderunt. Sic placuit divis imperatoribus sanctam Sabionensem ecclesiam, que nunc Brixinensis nominatur, imperii principatu decorari, et episcopos de regalibus sue diocesis investierunt.[2]

Sunt autem in diocesi Brixinensi tres nominatissime valles: Norica scilicet et vallis Eni atque vallis Pustrisse.[3] Et ne nimia solicitudo circa temporalia pontifices occuparet, indultum fuit episcopis ab imperiali celsitudine, quatenus regalia, que imperatores

---

[1] *Der undatierte Text bietet zwei Anhaltspunkte für die chronologische Einordnung: 1) liege der Tod Hz. Friedrichs IV. von Österreich ungefähr 20 Jahre zurück (Z. 17), 2) befinde sich NvK im siebten Jahr seines Brixner Pontifikats (Z. 23f.). Die Formulierung* septimum annum episcopatus ago *könnte sowohl die Ernennung zum Bischof von Brixen (März 1450) als auch den Herrschaftsantritt (April 1452) meinen. Daher käme sowohl eine Datierung 1457/58 als auch 1459/60 in Frage. Der Hinweis auf den Tod Hz. Friedrichs IV. von Österreich († 1439) scheint eher in das Jahr 1459 zu weisen. Allerdings ging NvK in seiner eigenhändig niedergeschriebenen Abhandlung zur Vogtei davon aus, dass Hz. Friedrich schon im Jahre 1437 gestorben sei; s.* Nr. 5472 *Z. 113f. Somit dürfte das Stück doch eher auf 1457/58 zu datieren sein. — Wenn* Nr. 5473 *tatsächlich dem Kaiser vorgelegt wurde (worüber wir jedoch keinerlei Kenntnis besitzen), dann könnte dies im Rahmen der bischöflichen Gesandtschaft (des Konrad Zoppot?) Mitte Januar 1458 erfolgt sein; vgl. oben* Nr. 5436. *Wahrscheinlicher ist jedoch, dass NvK die Supplik* Nr. 5473 *zunächst nur als hypothetische Option für den Fall entwarf, dass alle Verhandlungen mit Hz. Sigismund scheiterten und ein Eingreifen des Kaisers sich als realistisch herausstellen würde. — Aufgrund der inhaltlichen Konvergenzen mit den in dieser Zeit verfassten rechtshistorischen Abhandlungen* Nr. 5469-5472 *bringen wir also* Nr. 5473 *an dieser Stelle.*

[2] *Vgl. etwa die in* Nr. 5373 *Anm. 6 aufgeführten Regalienverleihungen.*

[3] *Norital (Eisacktal), Inntal und Pustertal.*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 6 (978-3-7873-3850-4), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2020.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

per suos comites in vallibus Eni et Pustrisse regebant, episcopi similiter per ecclesie vasallos regere possent.[4]) Unde actum est, quod de illis comitatibus nobiles viri per episcopos leguntur investiti; et post alios hec investitura ad ducem Meranie atque illustres comites Tirolenses dinoscitur pervenisse.[5]) Postquam autem preclarissima domus Austrie comitatum Tirolensem adepta est, et plures per ordinem Austrie duces de suis feodis usque ad Fridericum ducem ante annos circiter xx[ti] defunctum[6]) de feudis comitum Tyrolensium per episcopos Brixinenses essent investiti.[7]) Et illustris princeps dominus dux Sigismundus, dux Austrie et comes Tyrolensis, post obitum dicti Friderici patris sui sepe monitus esset, ut similiter de feudis comitum Tyrolensium ab ecclesia Brixinensi dependentibus caperet investituram. Hactenus tamen minime facere curavit.[8])

Et quia ego tercius episcopus ab obitu ducis Friderici[9]) septimum annum episcopatus ago[10]) et pacienter semper expectans, quod dictus dominus dux Sigismundus pluries per me requisitus tamquam possessor comitatus Tirolensis oblatam sibi a me caperet investituram, quod tamen facere non curavit, feuda ad ecclesiam esse devoluta et de illis aliquem fore investiendum considerans, solum principem aliquem nobilissime domus Austrie instituendum iudicavi.

Quapropter confisus, quod clemencia vestra, que tanta est, quod meruit habere Romanum imperium, eciam ut comes Tyrolis advocaciam ecclesie Brixinensis non refutaret, hinc ob proteccionem ecclesie et suarum libertatum et privilegiorum augmentum per has meas literas vobis domino meo Friderico ut comiti Tyrolis de iurisdiccione seu comitatu superioris vallis Eni et de iurisdiccione seu comitatu inferioris vallis Eni et iurisdiccione Wippental et castris Vellenberg et Strasperg, quemadmodum Hainricus episcopus Ottonem ducem Meranie et ex post Egno episcopus Albertum comitem Tyrolensem his investivit[11]), et ultra illa eciam de opido Inspruckg et castro Ambras cum adherentibus, que sibi Heinricus episcopus, dum Ottonem ducem investiret, reservavit[12]), atque eciam extra diocesim Brixinensem de castro Passir cum adherentibus super Atasim[13]), et in Carinthia[14]) ⟨...⟩ investituram mitto et per harum literarum tradicionem investio, sine tamen preiudicio iurium ecclesie et presertim in

---

[4]) *Kg. Konrad II. schenkte der Brixner Kirche 1027 die Grafschaften im Eisack- und Inntal; s.o.* Nr. 3976 *Anm. 3. Kaiser Heinrich IV. übertrug der Brixner Kirche 1091 die Grafschaft im Pustertal; s.o.* Nr. 4706 *Anm. 30.*

[5]) *S.o.* Nr. 5470 *Z. 35-53 mit den Nachweisen.*

[6]) *S.o. Anm. 1.*

[7]) *S. die in* Nr. 5469 *Anm. 43, 47-50 aufgeführten Lehensurkunden und -reverse.*

[8]) *Vgl. lediglich die Erklärung durch die herzoglichen Räte am 13. Januar 1458; s.o.* Nr. 5438 *Z. 139-143.*

[9]) *Vor NvK regierten die Brixner Bischöfe Georg von Stubai (1437-1443) und Johann Röttel (1444-1450).*

[10]) *S.o. Anm. 1.*

[11]) *S. die mehrfach angeführten Urkunden von 1232 und 1241; s.o.* Nr. 5373 *Anm. 2 und 9.*

[12]) *Nochmals die Lehensurkunde von 1232; s.o.* Nr. 5373 *Anm. 2.*

[13]) *NvK bezieht sich auf eine Schenkung Kg. Heinrichs IV. aus dem Jahre 1078; s.o.* Nr. 5373 *Anm. 31.*

[14]) *S.o.* Nr. 5470 *Anm. 42. In der Handschrift folgt eine Lücke von etwa einer halben Zeile. Offenbar sollten die Ansprüche in Kärnten genauer benannt werden.*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 6 (978-3-7873-3850-4), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2020.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

castro Sancti Petri[15]) cum adherentibus et curia villicaria in Anxams[16]) ac foro Matray[17]) cum iurisdiccione et attinenciis atque aliis iuribus, que ecclesia habet in ecclesiis parrochialibus[18]) et earum collacionibus et in monasteriis et decimis atque aliis iuribus spiritualibus et temporalibus quibuscumque, quibus per hanc investituram nequaquam intendimus derogare.

Et quoniam omnes minere tempore Friderici secundi imperatoris tam metallorum quam salis tunc in diocesi reperte et postea reperiende et ita, que hodie reperte sunt, dono eiusdem imperatoris sunt ecclesie Brixinensis[19]), de illis eciam mineris metallorum et salis in illis districtibus repertis similiter investituram transmittimus, reservato nobis ex qualibet fovea, ubi in Gossensas et Swatz[20]) etc. argentum foditur, annuo censu unius marce argenti et de sale in Hallis[21]) quatuor carratis. Humili prece supplicans, quatenus vos amore dei et sanctorum ecclesie patronorum ex certa sciencia dicte ecclesie privilegia exempcionis hominum et censualium atque ministerialium ecclesie a iurisdiccione et coaccione cuiuscumque atque comitatuum et iurisdiccionum temporalium et omnium regalium tocius diocesis donaciones et privilegia confirmantes, declaracionem talem privilegiorum nostrorum facere et illam per nostra precepta taliter exequi velimus, quod principatus noster, qui episcopis committitur, non sic imminuatur et vilescat, sed integre aput ecclesiam existat et conservetur.

* * *

Nos[22]) autem cum nostris, qui aderant, principibus et consiliariis, postquam de premissis privilegiis plene et sufficienter fuimus informati, iustis illis supplicationibus omnium principum iudicio, qui utique tam venerabili ecclesie et in prefatis supplicacionibus eidem imperiali clementie condescendendum iudicarunt, privilegia prenarrata tam exempcionis hominum et censualium et ministerialium ecclesie a iurisdiccione et exaccione omnium et singulorum nostri imperii subditorum cuiuscumque condicionis gradus aut dignitatis existant, eciam si ducali aut inferiori prefulgeant dignitate, exemptos esse volumus et declaramus in omni casu nisi in eo, in quo episcopi consensus accesserit.

Deinde declaramus donaciones comitatuum et iurisdictionum vallium Eni, Norice et Pustrisse ac omnium regalium, forestarum, conductuum, theoloniorum, metallorum et

---

63 clementie: *em.* clemencia.

---

[15]) *Zu den Ansprüchen auf das Gericht St. Petersberg s.o.* Nr. 3976 *Z. 22-75.*

[16]) *Axams bei Innsbruck. Die Ansprüche ergaben sich aus einer Urkunde von 1232; s.o.* Nr. 5470 *Anm. 97.*

[17]) *Die Hofmark Matrei. Zu den Ansprüchen des NvK s. zuletzt* Nr. 4726, 4812, 4828.

[18]) *Zu den umstrittenen Patronatsrechten an Pfarreien s.o.* Nr. 5438 *Z. 25f. mit Rückverweisen.*

[19]) *S. das Privileg Ks. Friedrichs II. vom 29. Dezember 1217; s.o.* Nr. 2940 *(Bestätigung durch Ks. Friedrich III.) mit den Nachweisen in Anm. 4.*

[20]) *Die ertragreichen Silberbergwerke von Gossensass und Schwaz.*

[21]) *Das Salzbergwerk von Hall im Inntal.*

[22]) *Der folgende Abschnitt ist als Dispositio einer Kaiserurkunde formuliert. Er steht ohne Textunterbrechung direkt unter der Supplik und bildete offenbar eine Vorlage für die kaiserliche Kanzlei.*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 6 (978-3-7873-3850-4), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2020.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

salis tocius diocesis episcopis factas esse, ut prenarratur[23]), quas et nos cum omni supplecione defectuum ex superhabundanti damus per presentes, et volumus, quod pontifex pro tempore, dum suam recepit regalium a nobis aut nostris successoribus Romanorum regibus seu imperatoribus investituram, censeatur de hiis omnibus predictis investitus, que ut princeps imperii habere debet et possidere sine cuiuscumque contradiccione.

Super eo vero, quod nonnulli, qui de aliqua porcione iurisdiccionis temporalis ipsius diocesis ut vasalli pro tempore investiuntur, ⟨...⟩ secundum sentenciam principum collateralium nostrorum decernimus et declaramus, quod homines iurisdiccionis vasallis commissis episcopo tamquam principi imperii et domino tocius diocesis manent obligati et astricti ut suo supremo et vero naturali domino.[24]) Vasalli vero obedire tenentur, inquantum commissio se extendit, qua commissione episcopus, dum facit investituram ipsis suis et ecclesie hominibus, vasallo precipit obedire. Ideoque ipsi tales homines, eciam si vasallus sue fidelitatis immemor fuerit, numquam ad instanciam vasalli, qui forte eos per prestitam sibi iuratam fidelitatem requireret, contra suum dominum episcopum movere debent et rebelli vasallo obedire; sed episcopo suo, cui per maiorem fidelitatem astringuntur, requisiti assistere debent contra rebellem vasallum et debite fidelitatis inmemorem. Declaramus eciam omnes tales in concernentibus publicam utilitatem, necessitatem et defensionem obedire debere domino suo episcopo, non obstante, quod vasallo sint per investituram subiecti. Neque venit in ipsa investitura de omnibus regalibus aliud quam fuerit expressum. Ideo de certa iurisdiccione investitus non habet propterea in piscacionibus, venacionibus, conductu, metallis, sale et talibus quidquam iuris, sed hec omnia sunt post ut prius ipsius ecclesie et episcopi, qui talia ab imperio extat assecutus.

Ad ultimum vero, quando vasalli non comparent infra annum ad petendum investituram aut investiti feudum alienant aut sub pignore obligant vel alium de ipso investiunt, declaramus tales omnes, cuiuscumque condicionis fuerint, eciam si duces vel eis inferiores, qui infra annum vasallis pro investituris per episcopum adsignatus aut ab obitu prioris vasalli, in cuius feudum succedit, infra annum se non presentaverit aut legitime impeditus immediate cessante impedimento non comparuerit coram episcopo petendo investituram talem, nisi sibi tempus fuerit prorogatum per episcopum, ab omni iure, quod ad feudum habuit, cadere et in potestate episcopi esse de feudo ut ad ipsum iuste devoluto disponere posse declaramus. Similiter feudorum impignoraciones seu investit⟨ur⟩as, quas de suo feudo aliis facere presumerit, omnino non solum viribus carere, sed eo ipso, quod vasallus ista attemptaverit sine consensu domini sui episcopi, ab omni iure cadere et feudum libere ad episcopum reverti declaramus.

---

23) *In der Narratio der Kaiserurkunde sollten offenbar die Schenkungen und Immunitätsprivilegien der Brixner Kirche im Einzelnen aufgeführt werden.*

24) *Diese und die folgende Passage ist geradezu zugeschnitten auf den Konflikt zwischen NvK und Hz. Sigismund, der vor allem den Klerus, aber auch verschiedene Adlige in einen schwierigen Loyalitätskonflikt brachte.*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 6 (978-3-7873-3850-4), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2020.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.